

Nero est omen

„Finis diei festi est. Negotium vobis, plebi urbanae, hodie perfectum est. Ego cum voluptate molestias sustuli et nunc in medium vestri veniam.“ A palatio ad vestibulum praecedit et in via adstringit togam molliter corpus complectentem. Nero oculos ad statuam suam tollit tanta magnitudine, ut caput in nubibus sit. „Hic ex igne cinis factus est - aurum factum est. Nam spectate – Mea imago me salutatur, collucet, micat. Ea solem et naturam hominis digni relucet. Cur tamen me aequare non potest? Qui ego surgam, si in mundo opes desunt?“ Humanissimis rebus repulsis se avertit. Cogitationes eius dilabuntur et quasi expectatus ad mare suum est. „Babae! In speculo liquido omnipotentissimum aspicio!“ Lyra ei parata est et inspiratus a se ipso cantat:

„Insonet aurea laus monumenti quod Caesar do,

ut populus Caesarque salute data solvantur.

Nulla valentem vocem nunc violentia rumpit!

Aulae claudantur ut in scaenam veram intrem.

Ima in cella sub facie timor insidiatur.

Quam vellem nescire lyra psallens cantare.“

Ad lacum dolor Neronis confluit et lacrimae coguntur. „Nulla autem gutta eorum hominum causa cadit, qui meae in vos benevolentiae obstiterunt, nam eos audacter removi.“ Lacrimas suas deterget. „Maestus aetatibus futuris condolesco, quae me carebunt quasi filio Apollinis – a puero ad magna opera destinatus eram. Nunc praecedite Caesar ad domum! Capita hominum sunt scaena tua.“ Intus parietes eum trucem intrare videntes erubescunt. „Euge! Parietes altissimi ingenio meo satis spatii dant.“ Omnes gradus graves eius in hoc atrio clangentem sonum reddunt. „Nam unus quisque utinam se humilem esse sentiant - speciem artificii siticulosus accipio, quod meam vitam fabulosam narrat.“ In triclinium cyclicum paratissimus proficiscitur, desuper praeter ebur molles flores in eum delabuntur quasi imber in ignem. „Hic sub tholo meo terrae axis est, lux noxque moventur et rector astrorum sum. Ego non pater patriae sum sed deus patriae – ultra tempora universa. Etiamsi carmen ultimum conticuerit, perinde ac phoenix aureus in alia carnea persona ad vos recurram. Nihil eripiet meam vim et si structurae dilapsae erunt, meus animus etiamnunc per domum auream volabit.“